



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

V. Capitula data Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

frater? Respondet: Ad quod non sum dignus, isti confratres mei me adduxerunt. Et dicit: Quo honore fungeni? Respondet: Diaconus aut Presbyter sum, vel cuiuscunq; gradus est. Et interrogat eum Archiepiscopus: Quot annos habes in diaconatu aut presbyteratu? Respondet quot. Iterum interrogat eum Archiepiscopus: Habiuiti conjugem, aut de domo tua dispositi? Ille respondet si habuit et non, & si de domo sua dispositi. Et iterum interrogatur si aliquam datioinem aut promissionem fecisti. Respondet: Abiit. Iterum dicit ei: Quales codices in Ecclesia tua leguntur? Respondet: Octateuchum, Regnorum, Prophetarum, Actus Apostolorum, Evangelium, & Apoflorum epistola, atque Apocalypsis. Et iterum interrogat eum: Nostri canones? Et respondet: Doce nos Domine. Archiepiscopus dicit: Ordinationem si feceris, apud temporibus fac, id est, primo, quarto, septimo, & decimo mense. Bi-gamos & curiales ad sacros ordines ne promoveas. Attamen dabitur tibi editum de feritimo quomodo debetas conversari. Tunc praecepit Archidiacono Episcopus, & relegit petitionem quam ipse electus a populo Archiepiscopo offerat. Et dum relecta fuerit, dicit Archiepiscopus: Quoniam vota omnium in te convenient, hodie te abstinebis; & crastino, si placuerit Deo, consecraberis. Respondet Archidiaconus: Iussisti Domine. Et dat ipsi electo osculum Archiepiscopum, & egreditur foras. Alia vero die, que est dominica, procedet Archiepiscopus in Ecclesia; ibique Episcopi & Presbyteri cum eo vel ceteri ordines Clericorum constitut. Et ingreditur Archiepiscopus sacellum, & iubet scholam psallere; proceditque de secretario cum omni decoro in Ecclesia ipsa, sicut mos est. Completo vero introitu, non dicit tunc Kyrie eleison; sed mox Archiepiscopus dat orationem. Deinde legitur Apostolus ad Timotheum: Karissime, fidelis sermo, si quis episcopatum defidat, bonum opus desiderat &c. Et dum psallitur gradale, egreditur Archidiaconus cum acolythis & subdiaconis, & induit eum dalmaticam, planetam, & campobas, & introdit eum. Dumque introductus fuerit, vocat eum Archiepiscopus sic: Clerus & plebs consentient civitatis illius cum adjacentibus parochiis suis elegerunt hunc Diaconum vel Presbyterum Episcopum sibi consecrari. Oremus itaque pro eodem viro ut Deus & Dominus Iesus Christus tribuat ei cathedralis episcopalem ad regendam Ecclesiam suam & plebem universam. Deinde schola incipit Kyrie eleison cum letania prostrato Archiepiscopo cum Episcopis & ipso electo in terra ante altare. Completa vero letania surgunt, & benedicunt eum. Benedictione expleta, dat osculum Archiepiscopo. Et tenens eum Archidiaconus, depositat illum; & sic dat osculum Episcopis ac Presbyteris. Tunc iubet eum Archiepiscopus super omnes Episcopos sedere. Et dum federit, dicitur alleluia vel tra-tatus, deinde evangelium, & expletum Missa. Dum vero veneris ad communicandum, Archiepiscopus porrigit ei formatam atque sacramentum oblationem. Et suscipiens ipse Episcopum, communicat ex illa super altare, & ceterum ex ea sibi referat ad communicandum usque ad dies quadragesima, & postmodum ex precepto Archiepiscopi communicaat omnem populum. *Explicit.*

V.
Capitula data Presbyteris, Diaconis,
& Subdiaconis.

I. **P**rimum omnium fidem catholicam omnes Presbyteri, Diaconi, seu Subdiaconi memoriter teneant. Ex si quis hoc faciendum pretermittat, quadragesima dierum a vino abstineatur. Et si post abstinentiam neglexerit commandatum, replicetur in eo sententia.

II. Ut nullus Diaconus aut Subdiaconus cum mulieribus habitate aut conversari presumat. Et si inventus fuerit hoc faciens, de gradu dejectur; insuper & exilio destinatus, dies ius in presentia finiat.

III. Ut ea quae à Deo conservandis Christianis Principibus amore inlata sunt vel fuerint Ecclesiis vel titulis, nullus exinde subtrahere presumat, ne sacratae res di populentur. Et si quispiam praesumpserit, res quae fraudate sunt quadruplo restituantur. Aut si non haberetur unde ipsa loca admittantur, & res ipsa quae fraudate sunt ab Episcopo ipsum recolligantur, & in ipso loco unde ablatae sunt reformentur.

IV. De Presbyteris qui eos ad communionem recipiunt qui in celas nuptias contrahunt, id est, matrinam, cognatam, vel forcum, aut filia-tram, vel proximam agnatione conjunctam in conjugio sibi sociant, & ad eos perverterint, admonentur & separantur. Qui si diffulerint, communione priventur, & oblationes eorum à sacro altari non recipiantur. Ex si Presbyter sciens hoc neglexerit distingendum, aut amictias temporales adtentendum à communione eum recipere sine emendatione aut penitentia, canonice sub-jaceant sententiae.

V. De his Presbyteris qui post primam vel secundam correctionem seu admonitionem recipiunt idola colentes vel insipientes homines qui ad fontes aquae ad arbores sacrelegium faciunt, necnon diem Iovis aut Veneris proper pagano-rum consuetudinem observant, & eos post pri-mam aut secundam adhortationem communica-vent, aut oblationes eorum sufficerint, quadraginta dierum spatio in pane & aqua sint contenti.

VI. Ut nullus sacerdotum extra iussionem E-piscopi sui procuraciones seculares licet excipere; excepta iussione Pontificis sui, religiosas causas seculiarum videlicet, aut Clericorum, pauperum, vel viduarum, sicut sacri praeceperunt canones. Si quis contempta hac observatione in talibus causis se impliceat inveniatur, canonice sententiae de usu presumptionis subjaceat.

VII. Ut si cui sacerdoti ex qualibet muliere denuntiatione fuerit ut exinde suspicio male opinionis efficiatur, nullam cum ipsi habeat conversionem neque secreto neque praesenti. Si deinceps inventus fuerit, post secundam & tertiam contestationem, ut contemptor, gradus sui pe-riculum sustineat.

VIII. Ut nulla Ecclesia cujuslibet diocefos ubi baptizatum sit Presbyter absque Diacono esse

Ex sche-dis c. v. la-cobi. Sir-mondi.

reperiatur. Vnde omnis Presbyter non habens Diaconum eligat sibi personam, & plebi sua innotescat. Tunc ad Pontificem suum confignatis deducat cuius vitam probatam habeat, & Diaconus conferetur. Quod si diffiterit Presbyter dicens eò quòd non habeat talēm Clericū, Episcopus suus provideat ei ex Ecclesiā sua aut unde volerit bonam personam. Tantum est ut sine Diacono non sit. Constituimus enim Diaconus in uno cubiculo cum Presbytero suo maneat, defensis ei honorem ut dignum est, ante quorum lectos Clerici simili manere simili modo, ut se abeque suppositione finit, & Deus propitiatur. Non existente Presbytero intra domum, si ubicumque abiaret, Diaconus post ejus egressum locum ejus obtineat ad suscipiendum vel ordinandum quod utilitas domui est, ita demum ut non Presbytero suo superbiat. Nam si hoc adventaverit, ab Episcopo suo de contemptu superbiis judicetur. Et de accessu Ecclesie, quod supra altare ponitur, seu undecimque accedere potest, sub amborum signo sit. Et non unus sine alterius notitia expendere, ubi necessarium fuerit, presumat.

VIIII. Ut nullus Episcoporum, Presbyterorum, seu Diaconorum, vel Clerici constitutus prædia Ecclesie, hoc est, terras, potestatem habeat venundare, sed ne cuiquam parentum suorum donandi. Et qui hoc egerit, sub omni celeritate reddito preio ad loca lacrata in que competunt revertantur. Si autem hac observatione contemptu aliquis praesumperit, res proprias in ipsa Ecclesia relinquat, & ipse foris ejiciatur, eò quòd divina congruat ratione ut qui Ecclesiæ accipiunt, ad regendum non ad dispargendum accipiatur. Simili modo nullam habeat potestatem quolibet modo alienandum neque infiduciandum neque venundandum, sed nec fine voluntate Pontificis sui vicarios dandum, aut liberos dimittendum. Qui hoc praesumperit, ut superioris censuimus, si habet potestatem suam, aliud tantum restituat. Si non habuerit, expoliatus ex omnibus foris ejiciatur. Ipsi tamen res ad Ecclesiā cuius res sunt revertantur.

X. Ad nos peclatum est eò quòd quidam conjugati habentes titulos in quibus defervant, de facris vestibus mulierum vel filiarum suarum ornamenta faciant, & proprietario jure sibi defendant. Quod Christianis hominibus nec loqui convegit, ut res factatas & quæ in sacra loca offiguntur, mulierum suarum usurpant vel filii ejus aut parentum. Et si hoc probatum fuerit, superiore sententia sententia.

XI. Omnis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel cunctus clerici qui sub Episcopo esse noscuntur, si causas habuerint, & minime potuerit inter se deliberare, tunc ad Pontificem suum convenientem cauam suam dicendam. Nam per nulla secularia iudicia adire præsumant. Et qui hanc præceptionem contempti fuerint, superioribus penitentiis subjaceant, ita ut penitentia sint abstinentes à vini portione vel eju carnium donec ad Metropolitanum suum accedat.

*Incertis auctoris, sed qui aeo Karoli M.
vixit, homilia de decimis & de jejunio.*

Totus homines debet amare & benefacere, Ex vered. Gall. dilectissimi fratres. Sed plus illis debet fa-
cere bene qui plus Deo servunt & cum bona fide vivunt. Primitas de fructibus vestris & de labo-
ratu debet offerre ad altare, id est, spicas no-
vas & uvas & fava. Alias primitas ad dominum
Presbyteri de omni fructu debet portare, &
Presbyter eas benedicat. Et sic cum benedictione
Domini manducate. Et precamini Dominum ut
cum sua gratia & misericordia concedat vobis in
pace colligere alios fructos & in suo sancto servizio
uitare & quod illi placet inde facete. Et decimas
vestras non debet restringere nec tardè do-
nare nec peini causa. Nec debitis expectare ut
Presbyteri & Clerici alij decimas vobis requirant.
Sed cum bona voluntate vos ipsi sine admitione
debet donare & ad dominum Presbyteri ducre. Alias elimosinas debet dispensare per hospites &
pauperes. Sed decimas non licet vobis donare al-
teri quam sacerdoti. Et ille dispensat eas cum ti-
more & reverentia Dei ad tuenda Ecclesia & in
luminaria & in susceptione hospitium & pauper-
um & in suos ulos & suam necessitatem. Jejunia
debet custodire quatuor tempora in anno, id est,
mensē Martio in prima septimana, quando intrat
Martius, debet jejunare die Mercuris & die
Veneris & die sabbati. In mensē Iunio in secunda
septimana postquam Iunius intrat, debet jeju-
nare die Mercuris & Veneris & die sabbati. In
mensē Septembr. in tercia septimana postquam
September intrat, jejunare die Mercuris & Ve-
neris & sabbati. In mensē Decembr. in quarta
septimana jejunare die Mercuris & Veneris &
sabbati. Et in illis diebus debet venire ad Eccle-
siam audire uniusquisque Missam & Deo offerte
sacrificio & luminaria & incensum & elimosinas
donare. Nullus Christianus debet laxare ista je-
junia, si talis infans non est quinon possit jeju-
nare, aut talis senex vel infirmus. Et qui ista je-
junia laxat aut neglegit, peccatum grande inde ha-
bet. Ista jejunia debet custodire & observare,
id est, die Mercuris ante initium quadragesima,
& die Iovis, Veneris, & sabbato. Et totum
quadragesimum debet jejunare, nisi in die domi-
nico non debet jejunare. Qui in die domini-
co fine aliqua necessitate jejunat, peccatum inde ha-
bet. In vigilia natalis Domini jejunare, & in
vigilia Pasche & Pentecosten. In vigilia Sancti
Petri & Sancti Andreæ & Sancti Iohannis Baptizæ
jejunare, & precamini ut ipsi orent pro vobis ad
Dominum. Et illas tres dies ante Ascensionem
Domini jejunare. Et crucis & reliquias sequomi-
ni, non in joco, nec caballando; sed cum hu-
militate & contritione cordis celebrate ipsas ro-
gationes, & à carne omnes abstineat, & Missas
audite. Qui vel alio tempore vel aliis diebus je-
junat, mercedem inde habet. Tamen ista jejunia
qua diximus nullus dimittere debet, sed cum bona
voluntate debet ea custodire & orare pro se & pro
fuis